

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Disputationum Philosophicarum Sexta, continens Regulas VII. Unam de Principio quod & quo, duas de causa finali & quatuor de instrumento, Numquam antehac edita

urn:nbn:de:bsz:31-102400

Disputationum Philosophicarum
SEXTA,
conticens
REGULAS VII.
Unam de Principiò quod est quò, duas
de causâ finali, & quatuor de instru-
mentò,
Nunquàm antehac edita.

De
Principium
quod
Nullum pr
quod

Protest
est pr
endi,
quo
principium
nibus his
quod; illic
tor, hic hon
tor manu
principium
git; nec m
principium
II. Qu
liquere vic
mus, aliqu
operationi
quid, quoa
III. N
cap. III. ite
rata, quia s
tiones sin

REGULA

*De Principio quod & quò.**Principium quo presupponit principium quod. Vel:**Nullum principium quo est sine principio quod.*

I.

Potest hoc inductione probari: Anima est principium quo actus vivendi, sentiendi, intelligendi; calor est principium quo ustionis; manus ut & clavus est principium quo gubernationis navis. At in omnibus hisce conspicuum est principium quod; illic enim est ignis v. g. isthic gubernator, hic homo; ignis enim calore urit, gubernator manu & clavò gubernat, homo est principium quod anima vivit, sentit, intelligit; nec monstrari potest exemplum, in quò principium quo reperitur sine principio quod.

II. Quin ex ipsa vocum significatione res liquere videtur: Hòc ipsò enim, quod dicimus, aliquid esse principium quo cujuscunque operationis aut passionis, significamus esse aliquid, quod eò operetur aut patiat.

III. Nonnemo in *Compendio Pneumatico* cap. III. ita philosophatur: *Siccine anima separata, quia suppositum non est, non aget, cum actiones sint suppositi?* R. *Actiones sunt suppositis*

KK 2

ur

ut Principii QUOD; anima verò est principium actionis, ut QUO; Unde non repugnat ei operatio: nam summum bonum est actio animi. Cœnimb. tract. de anim. separ. disp. IV. art. I. ad p.

IV. Hæc cum legeremus, suggestit se nobis, quam proposuimus Regulam, quæ adversatur ei, quod præcipuum est, & in quò solutio dubii vertitur: nempe animam separatam esse principium quo actionum suarum. Si enim anima separata est principium quo operationum, necesse est, dari aliquid eâ distinctum, quod sit earundem principium quod, quia nullum principium quo sine principio quod. Sed non datur aliquid animâ separatâ distinctum, quod sit principium quo operationum. E. Anima non est principium quo operationum. Minoris veritas ita ostenditur: Si datur aliquid ab anima separatâ distinctum, quod sit principium quo operationum ejus, illud aut est homo, quem olim constituit, sive cujus olim forma fuit; aut est Deus concurrens ad operationes ejus tamquam causa universalis: Aliud enim excogitari non potest, quod sit principium quo operationum ejus. Sed neque est homo, cujus olim forma fuit: quia cum ille mortuus sit, tum non existit. At quod non est, quomodo ambulat aut intelliget? Neque etiam est Deus: quia operationes animæ separatæ secundum illum

ipsum Automus, sunt in se illarum actus per illam animæ separatam esse vel gere nulli potest, vel, quod est intelligi non Deo.

D E

Ab inter

Anegatio

nem i

I. Harum rem illustrat, habet filium, ut ibi M. doctus evadit, debaculat, nec p. Sempronius

ipsum Autorem, cujus sententiam jam excuti-
mus, sunt intellectio & volitio; sed si Deus ef-
set illarum actionum principium quod, diceret-
tur per illam intellectionem & volitionem a-
nimæ separata Deus intelligere, quod absur-
dum esse vel inde claret, quod verbum intelli-
gere nulli potest tribui, nisi cui intellectio in-
est, vel, quod intellectionem in se elicit. At a-
ctus intelligendi animæ separata animæ inest,
non Deo.

DE CAUSA FINALI.

REGULA I.

*Ab intentione finis ad ejus executionem
non valet consequentia.*

Et quæ ex illâ fluit,

II.

*Anegatione consecutionis finis ad negatio-
nem intentionis ejusdem non valet
consequentia.*

I. Harum Regularum veritas ut pateat,
rem illustrabimus exemplô. V. g. Sempronius
habet filium Titium, quem ad Academiam mit-
tit, ut ibi Musis operâ navet, quò aliquando vir
doctus evadat. Verùm Titius tempus & sum-
tus debacchandô & comessandô pessimè per-
dit, nec unquam de literis cogitat. Hic sane
Sempronius, ut Titius diligenter literis incum-
beret,

KK 3

beret,

beret, intendebat, & erat ejus finis, quapropter eum ablegabat. At ab hâc finis intentione ad ejusdem executionem non procedit consecutio, cùm Titius nequaquam literis incumbat, sed potius ejus oppositum exequatur. Si enim dicas: *Titius diligenter literis incumbit*, falsum dicis, nec ulla est consequentia: *Sempronius vult, ut Titius diligenter literis incumbat*. *E. Titius diligenter literis incumbit*. Ex quibus elucescit prioris Regulæ veritas.

II. Posterioris quoque veritas facile patet. Nec enim ex eò, quod Sempronius suò fine non potitur, sequitur, quod ipse Sempronius velit, ut literis non incumbat Titius. Falsissimum enim est, nec ulla consequentia, si dicam: *Titius literis non incumbit*. *E. Sempronius id vult, ut Titius literas susque deque habeat*.

III. Ufus sanè harum Regularum latissime patet. Nos insignem earum usum hòc unicò demonstrabimus exemplò. *Rom. XI. v. 32.* dicitur: *Concluserit Deus omnes sub incredulitate, ut omnium misereatur*. Ex quò locò quidam ferè ad hunc modum argumentati fuerunt:

Quorumcunque Deus misereatur, illi salvantur.

Atqui omnium Deus misereatur.

E. omnes salvantur.

Major est manifestæ veritatis. Minorem probant ex locò citatò.

IV.

IV. Ad
magni no
in locum c
ba explicu
tur, aggre
Apostolò,
distributio
rum, sed
quitur. Fe
cogitantè
tandem se
prælauda
dum dicit
butivè, &
non pro
V. Ve
Omnis di
pro singu
se. prædi
jectò cor
O. homo
dua, qua
Paulus &
tum attr
bus sing
nullum
esse, pro
non sun
arca No

IV. Ad hoc argumentum ut Vir quidam magni nominis respondeat, sic commentatur in *locum cit.* Nimirum cum præcedentia verba explicuisset, sequentia: *ut omnium misereretur*, aggreditur, & dicit: *Exitus ille ponitur ab Apostolo, omnium miseratio. Quibus verbis nota distributionis inest: non enim de singulis generum, sed de generibus singulorum Apostolus loquitur. Frustrà ergò hinc elicitur, quod parùm cogitantè conati sunt aliqui, omnes homines tandem salvandos esse.* Ex quibus patet, quod prælaudatus Autor distinguat circa minorem, dum dicit, ibi particulam *Omnis* sumi distributivè, & quidem pro generibus singulorum, non pro singulis generum.

V. Verissimum sanè est, quod particula *Omnis* distributivè sumpta, interdum sumatur pro singulis generum, ut loquuntur, quando sc. prædicatum de omnibus individuis in subiectò contentis verificatur, ut quando dico: *O. homo est animal.* Hic enim singula individua, quæ in homine habentur, nempe, Petrus, Paulus &c. subsumi possunt, ut illis prædicatum attribuatur. Interdum verò pro generibus singulorum, quando scilicet intelligitur, nullum genus aut nullam speciem alicujus rei esse, pro cujus aliquò vel aliquibus individuis non sumatur, ut quando dico: *O. animal fuit in arca Noa;* sensus enim hujus propositionis est:

KK 4

N.ge-

N. genus aut species animalis est, de quâ non fuerit aliquod individuum in arca Noæ. Ubi tamen obiter notandum, quod vox illa *genus* hic sumatur latissimè, & dicatur omne illud, quod dividitur in plura, etiamsi illa plura sint accidentia.

VI. Ad eundem modum dicit prædictus Autor, in dictò Paulinò particulam *omnis* sumendam pro generibus singulorum, ita ut hujus propositionis: *Deus omnes conclusit sub iniquitate, ut omnium misereatur*, sensus sit: *Deus omnes conclusit sub iniquitate, ita ut nullum genus hominum sit, de quò Deus non aliquorum misereatur.*

VII. Ego profectò nescio, an hæc hujus dicti explicatio sit admittenda: Sanè Calvinianorum quidam locum illum *I. Timoth. II. v. 4.* *Deus vult omnes homines salvos fieri*, simili modo explicant, & dicunt, particulam *omnis* intelligendam esse de generibus singulorum, & faciunt hunc sensum: *Nullum genus hominum est, de quò Deus non aliquos velit salvos fieri.*

IIX. Nos proinde aliter ad argumentum §. III. propositum, & quidem præeuntibus nobis nostris Regulis, respondemus. Apostolus quando dicit: *Deus omnes conclusit sub iniquitate, ut omnium misereatur*, loquitur de intentione finis, minor autem argumenti, quæ est: *Deus omnium miseretur*, loquitur de executione. Ac

verò

verò nulli
sub iniquita
tatum misere
tur: Sempr
diligenter l
literis incur
nis ad ejus
sequentia.
omnium a
misereri. V
hic literis
ris incumb
ad negatio
non valeat

IV. Ve
pè laudat
nir, omni
est omniu
hoc, ut a
quod exi
quiritur,
stum verò
illa despi
quam ut
ternum c
sa finalis
ut absqu
dum exi
tura, me

verò nulla est consecutio: *Deus omnes conclusit sub iniquitatem, ut omnium misereatur. E. & omnium misereatur; quemadmodum non sequitur: Sempronius misit Titium ad Academiam, ut diligenter literis incumbat. E. Titius diligenter literis incumbit; cum ab intentione alicujus finis ad ejusdem executionem non valeat consequentia. Neque etiam sequitur: Deus non omnium actus misereatur. E. non vult omnium miseri. Veluti non sequitur: Titius non incumbit literis. E. Sempronius non vult, ut Titius literis incumbat, cum à negatione executionis finis ad negationem intentionis ejusdem itidem non valeat consequentia.*

IV. Verbo etiam notabimus illud, quod sæpè laudatus Autor dicit: *Exitus ab Apostolo ponitur, omnium miseratio, Sanè causa finalis Dei est omnium miseratio, non exitus. Quia ad hoc, ut actu & reverè Deus omnium misereatur, quod exitus est, ex parte hominum etiam requiritur, ut media salutis acceptent, & Christum verè fide complectantur. Quando verò illa despiciunt habent, nihil minus Deus facit, quam ut omnium misereatur, sed potius eos æternum dejicit & damnat. Ut verò aliquid causa finalis sit, seu ut finis moveat, non necesse est, ut absque dubio futurus sit, sed tantum, ut nondum existat. Ampla enim messis, forte non futura, movet agricolam, ut mandet terræ semi-*

na; & fanitas, quam ægrotus sæpè non confequitur, movet Medicum ad curationem adhibendam, ut habet Fonsæca *V. Met. c. II. quasi XI. Sect. V.* Sic sanè omnium hominum miseria est causa finalis Dei, quæ propter omnes concludit sub iniquitatem, etsi forsàn Deus propter hominum contumaciam hæc suâ sine excidat.

DE INSTRUMENTO

REGULA I.

Instrumentum non est pars ejus, cujus est instrumentum.

I. Diximus Part. Prior. Disput. VI. Reg. II. nos de iis etiam, quæ pro Regulis vel Canonibus venditantur, licèt fortassè non sint, hæc Disputationibus constituisse agere. Inter illas jure videmur referre præsentem propositionem, quam pro Canone ponunt perpetuæ veritatis, nullique exceptioni obnoxio.

II. Ei directè opponuntur verba Anthonii in Quæstione: *Pars, an instrumentum Philosophi sit Logica? ubi, fieri potest, inquit, ut idem pars instrumentumque sit, V. gr. manus. Est enim hæc tum dandi, tum accipiendi instrumentum: pars autem corporis universi.* Idem docet de professò Galenus *de usu part. L. I. c. IV. & V.* Subscribit quoque Boëthius *in init. sec. edit. in Porphy.* Et ipsè quoque Aristoteles *IV. de part.*

part. animal.

III. Sed stimant. *Ar. in virtus instrumentum eaque de causatur. Sed*

superiorem ad trahendum quid evehat

tò proprie ventem, quartum defur

XVII. Sect.

IV. Phidem exen nus non ej sed alteriu enim, man

autem not

V. Ad

quæ nititu

nâ, respon

ti: primò

& animâ;

Secundò

terialis, ab

hâc confu

part. animal, c. X. ubi manum organum esse di-

III. Sed hoc exemplò nihil profici alii existimant. Argumentantur autem ita: *Instrumenti virtus inferior est, quàm ad opus, cujus ratione instrumentum dicitur, perficiendum requiritur, eaque de causâ indiget aliò agente, à quò elevatur. Sed manus vis non est tam imperfecta, ut superiorem aliquam virtutem requirat, à quâ ad trahendum, impellendum, aut collendum aliquid evehatur.* Unde eam non pro instrumentò propriè loquendò, sed pro principali movente, quamvis partiali, habent. Hoc argumentum desumptum est ex Suarezio *Disput. Met. XVII. Sect. II.*

IV. Philoponus *in prefat. ad Prior. Anal.* idem exemplum rejicit, propterea, quod manus non ejus pars sit, cujus est instrumentum, sed alterius pars, alterius instrumentum. Ait enim, *manum esse instrumentum animæ, partem autem non animæ, sed corporis.*

V. Ad primum, datâ propositione Majore, quæ nititur definitione instrumenti Suareziana, respondemus, manum bifariam considerari: primò, ut est compositum quid ex corpore & animâ; & hoc modò in argumentò sumitur. Secundò ratione corporis, tanquàm partis materialis, ab animâ, quâ informatur, distinctæ. Et hæc consideratione falsum est, virtutem manus
ita

non confes-
sionem ad-
c. II. questi-
um misera-
mnes con-
us propter
e excidat.

cujus tã

VI. Reg. II.
el Canoni-
sint, hisce
Inter illas
propositio-
petuæ ve-

Ammonii
Philosof-
t, ut idem
Est enim
mentum:
docet de
IV. & V.
c. edit. in
IV. de
part.

ita respondere rebus trahendis, ut non indigeat
principiô sublimiore, à quô extollatur. *Et
text. 9. Lib. II. de animâ dicitur, oculum
esse materiam visus; ubi oculum non pro toto
sed alterâ parte ejus ab animâ secretâ sumi,
res ipsa loqui videtur, & docet Alexander re-
spondente Simplicio. Plura jam non addimus.*

VI. Quantum ad alterum, quod Philopon
Si manus pars corporis est, negari nequit, esse
etiam partem hominis. Corpus enim hominis
pars est. At partem partis, partem etiam totum
esse, confessæ & evidentis veritatis est. Por-
ro si manus est instrumentum animæ, necesse est
esse quoque instrumentum hominis. Eari-
dem enim notionum & operationum, quantum
anima est principium principale quô, ipse ho-
mo est principium principale quod. Quis
autem possit, ut aliquid sit instrumentum prin-
cipii quô, non sit tamen instrumentum prin-
cipii quod? Hæc nostra responsio multo melior
& accuratior est responsione cujusdam

*in introd. Log. Tr. de
Phil.*

D
Optimum
multi

Potius est
utile

I. Defu-
ret Aristote-
distincta, e-
rorum, qui

II. Arg-
est generati-
procreatione

pen servili-
Quam con-
ra facit tal-
dium ex in-

Rhodiginu-
tem, Lan-
num ad un-

gula organ-
vientia. C

τὸ ἥλυ κ

τοῦ τὸν, α

πεντὰς

λοῖτο καὶ

ἐργασίᾳ

REGULA II.

Optimum est instrumentum, quod non multis usibus, sed uni inservit.

REGULA III.

Potius est instrumentum, quod ad plura utile est, quam quod ad pauciora.

I. Desumpta prior est ex I. Pol. c. II. ubi docet Aristoteles, foeminam & servum naturam esse distincta, eaque de causa notat morem barbarorum, qui mulieres loco servorum habebant.

II. Argumentum ejus hoc est: *Femina est natura est generatio sobolis. Vel: Femina est natura procreatorum liberorum instrumentum. E. ad opera servilia non nisi praeter naturam abjicitur.* Quam consequentiam probat, quia nihil naturae sacrae, quale fabri ferrarii Delphicum gladium ex inopia, (ut vertunt Ludovicus, Cœf. Rhodiginus, & Giphanius; alii: ob paupertatem, Lambinus parca, tenuiter, anguste) sed unum ad unum. Sic enim optime perficiuntur singula organa non pluribus operibus; sed uni deservientia. Græca hæc sunt: *Φύσις μὲν ἐν διαίρεισσι τῶν ἡλῶ καὶ τῶν δέλων. εἰδὲν γὰρ ἡ φύσις ποιεῖ τὰ αὐτῶν, οἷον χαλκὸς τοπι δελφικὴν μάχαιραν πενιχρῶς, ἀλλ' ἐν πρὸς ἓν. ἔτω γὰρ ἀνδρῶν τοιτο κάλλιστα τῶν ὀργάνων ἕκαστον, μὴ πολλοῖς ἔργοις, ἀλλ' ἐνὶ δελεῦον.*

III.

III. Nomen *δελφικόν* in omnibus Latinis exemplaribus reperitur, sed in quibusdam Graecis non legitur. Quibus autem usibus destinatus, & quali formâ fuerit gladius Delphicus, de eô nihil certi apud Autores occurrit.

IV. Erasmus in *Adagiis* scribit, ad eum modum fuisse fabrefactum, ut eodem simul & facras mactarent victimas, & fontes afficerent supplicio. Sed conjectura hæc Antonio Montecatino non est ad palatum, quod quilibet gladius, non solum Delphicus, utrumque proficit, neque varietur usus in accidentibus, sicquidem idem opus, ferire animal vel punctum vel casum. Idem instrumentum posse esse, cadendis victimis & plectendis fontibus, nemo negaverit. At prorsus idem opus esse, punctum & casum ferire, & quodcunque organum uni aptum est, alteri quoque perinde esse accommodatum, quis asserat?

V. Quicquid sit, de eô non est dubium, fuisse istum gladium pluribus & diversis usibus factum instrumentum, vel propter ferri copiam, ut Giphanio placet, vel ad succurrendum aegestati pauperum non habentium, unde plura sibi instrumenta comparent, ut Thomæ & Michaëli Piccarto placet. Hujusmodi quid etiam fuit *obeliscolychnium*, cujus mentionem facit Aristoteles IV. de an. part. c. VI. & IV. Pol. c. XV.

VI. Sed cum priori Regula, illisque quæ s.

II.

D
II. allata f
pauca, qua
leni, præcip
autem de us
membra an
singula, sed
ita linguæ u
mone, in di
dendo & de
part. anima
de mot. mys
fert. c. II. &
Guttur siye
causa est, se
VII. de usu
pro naribus
XVI. & XV
VII. Se
fronte alter
sumta est, p
facit, quo
potest Nat
duobus.

IIIX. TH
optimè sien
non deseru
hoc est inte
mentum in
bus idem si

II. allata sunt, pugnare primò videntur non pauca, quæ leguntur in libris Aristotelis & Galeni, præcipuè iis, quos ille *de part. animal.* hic autem *de usu part.* conscripsit, esse nimirum membra animalium, quorum singulorum non singula, sed multa & diversa sint munia & usus. Ita linguæ usus est in formandâ voce sive sermone, in dijudicandis saporibus, ut & in mandendo & deglutiendo, *II. de animat. 88. & de part. animal. Lib. II. c. XXVII.* apud Galenum *de mot. misc. Lib. I. c. III. de vocal. instrum. differt. c. II. & de usu part. Lib. XI. c. IV. & XI.* Guttur sive aspera arteria non solum respirandi causa est, sed etiam vocis, *III. de part. an. c. III. & VII. de usu part. c. VI.* Proboscis elephantis & pro naribus est, & pro manu, *II. de part. an. c. XVI. & XVII. de usu part. c. I.*

VII. Secundò cum primâ Regulâ adversâ fronte alteram, quæ ex *I. post. t. 161. & 171.* desumpta est, pugnare, nemo non judicaverit. Quò facit, quod Averrões *Lib. XII. t. 45.* ait: *quod potest Natura facere unò instrumento, non facit duobus.*

II. Thomas rem expedit hisce verbis: *Sic optimè sient omnia, quando unum instrumentum non deservit multis operibus, sed uni tantum; sed hoc est intelligendum, quando accederet impedimentum in utròq; vel alterò duorum operũ, quibus idem instrumentum attribueretur, ut puta,*
si o-

si oporteret utrumque opus frequenter simul
 erceri. Si autem per vices diversa opera ex-
 cerentur, nullum impedimentum sequitur, si-
 mirum unum instrumentum pluribus operibus
 commodetur. Ab hac enodatione non disce-
 Petrus Victorius.

IX. Eadem est Donati Acciajoli, nisi que-
 hic ejusdem temporis, quo diversorum opera-
 peractio impediatur, mentionem non facit.
 Dicitur potest, inquit, unum non ordinari ad plu-
 intelligendum esse de iis, que se invicem impedi-
 unt. Sed gustus, et locutio, non se impediunt. Minus
 ergo non erit absurdum, quod lingua ordinari
 ad plura.

X. Aliâ expositione quoque utitur Accia-
 jus, nempe destinasse naturam unumquodque
 instrumentorum uni operi primum & principa-
 ter, secundo loco etiam ad alia, quod Aristoteles
 vocat abusum. Sic linguam datam esse hominibus
 multis que aliis animalibus primo ad saporibus percipi-
 endos, exinde vero ad vocem explanandam.

XI. Monrecatinus duas affert responsiones
 quarum prima hæc est: Conciliantur tamē hæc
 ea, quæ scribuntur ab Aristotele in eodem V. loco
 de part. ubi, licet, inquit, duobus instrumentis
 duo opera, nec aliud impeditur, nihil tale Natura
 facere solet, quale per inopiam ars araria
 beliscolychninum: attamen si id fieri non possit,
 eodem ad plura opera abutitur. Responsio

hoc præceptum erit huiusmodi: si potest natura
 facere atq; uti factis ad singula opera instru-
 mentis singulis, facit & utitur: si non potest, fa-
 cit & utitur eodæm ad multa, vel potius abuti-
 tur ad reliqua, quam ad unum tantum utatur.
 Non posse autem facere & uti singulis instrumen-
 tis ad singula opera natura dicitur; si aut inter
 se plura illa instrumenta, aut alii rei officereat.
 Inter se officerent vel ex loci angustia, si forent
 nimis propinqua; vel ex contrariis constitutioni-
 bus, puta si alterum durum, alterum fragile, que
 occurrere sibi mutuo in suis muneribus obeundis
 oporteret. Officerent alii rei, id est, vel proxi-
 mo alicui instrumento, ob easdem causas ab angu-
 stis, constitutionibus contrariis ductas, vel id-
 est illi rei, cujus sunt instrumenta, si onus ipsi, aut
 impedimentum ad officia celsiora allatura essent.
 Hec ex Aristotele.

X. Alteram subiicit explanationi Acciditio-
 nis X. a nobis adductæ seqq. verbis: Pleasibili-
 us fortasse responderetur: verum esse, quod hic
 affirmat Philosophus, uni operi, semper unum a
 natura instrumentum destinari; si de ejusmodi in-
 strumentis loqueremur, cujusmodi erat gladius
 Delphicus, nimirum que diversis partibus sui ad
 diversis operibus inferrentur: sic enim ad singula es-
 sent unus idonea ex adjectione inutilium par-
 tium: at si talia fuerint, ut eoræ simul ad unum
 quodque eorum operum, in quæ diriguntur, usum

habeant, optimè naturam unò ad multa uti.

XIII. Atque hæc sunt, quæ ad conciliandâ ea, quæ §. VI. objecta sunt, cum Regulâ & in quæ §. II. comprehenduntur, Interpretes attulerunt, Nam qui in explicandâ Regula primâ alteram tanquàm ei oppositam adduxerit, de quæ concordia inter illas efficiendâ sollicitus fuerit, neminem me videre meminî.

XIV. Aristoteles *I. Post. I.* ad demonstrandum, demonstrationem universalem esse potior rem particulari, inter alia *t. 168. & 170.* hoc notitur argumentò: *Illâ demonstratio est præstantior, quâ plura cognoscimus, eâ, quâ pauciores. At demonstratione universali plura cognoscimus, quàm particulari. E.* Ex majori propositione universalis effectum de instrumentò videtur posse formari. Si enim demonstratio, quæ ad plura cognoscenda utilis est, potior est, quidni omnè aliud etiã instrumentum præferendum fuerit, quod ad plura utile? *lib. 1. cap. 2.*

XV. Potest autem bifariam fieri, ut aliquod instrumentum pluribus rebus aptum sit, quàm aliud: primò, ut præstet cum ipsum usum, quem aliud exhibet, & insuper alium: quo modo comparata est demonstratio universalis. Quia enim ea infert conclusionem universalem, id est idonea etiã est colligendi particularem, quæ sub universali continetur. At particularis demonstratio tantùm particularem conclusio-

nem efficit
illa instrum
dijudicand
dis verbis;
Propositio
partim ex
quæ paulò
posteriori
veritatis, c
operation
sum tis alt
rum num
sit, fieri no
bonum ali
psò teorin
XVI. A
inter hanc
IIX, & ses
puè videtur

Inf

I. Trin
zum, & re
res. Thor
Instrumen
dam, nisi

nem

nem efficit. Secundò, ut planè diversa sint, quæ illa instrumenta efficiunt: quâ ratione lingua & dijudicandis saporibus destinata est, & formandis verbis; auris autem uni, auditioni dedita. Propositio ista priorem sensum refert, quod partim ex cit. Aristotelis textibus, partim ex illis, quæ paulò antè à nobis dicta sunt, patet. In posteriori certè non necessaria & perpetuæ est veritatis, cùm contingat, unicam alicujus rei operationem præstare pluribus etiam simul sumtis alterius, nisi scilicet ipsa quoque ex earum numero sit. Si enim ex earum numero sit, fieri non potest, ut iis præcellat: omne enim bonum aliò connumeratò præstabilius est seipsò seorsim sumtò, *I. Ethic. ad Nicom. cap. VII.*

XVI. Ad tollendam autem discrepantiam, inter hanc Regulam & priorem ex recensitis §. *II. X. & seqq.* expositionibus commoda præcipuè videtur ultima.

REGULA IV.

Instrumentum non movet, nisi motum.

I. Tritum est communi sermone enunciatum, & reperitur apud magni nominis Scriptores. Thomas II. *contra gent. c. XXI. ad 4.* ait: *Instrumentum nunquam adhiberi ad causandum, nisi per viam motus.* Nam de ratione in-

L L a

str.

strumenti est, inquit, quod sit movens motum.
Et ratione 5. ait, instrumentum esse medium
inter causam principalem & effectum, ita ut effe-
cia principalis agentis perveniat ad effectum me-
dia motione instrumenti. Scaliger quoque Ex-
citat. XCVII. Sect. III. id tanquam notum
concessum sumit, quando instrumentum
principiorum censu excludit, propterea quod
non moveat, nisi moveatur. Conf. J. Pol.
dicitur si radius seipsum moveret, non opus
ministeris.

II. Testatam autem faciunt ejus veritates
instrumenta artium. Malleo enim non adigitur
in parietem clavus, securi non finduntur, ma-
terebrâ perforantur ligna, calamo illitu at-
menti in chartam non efformantur literæ, &
hisce instrumentis motis ab agente primario.

III. Verum universale non esse, sed excep-
tionibus expositum, ostendunt qualitates, quas
instrumenta agunt in mutationibus substan-
tibus, sicut jecur secundum quosdam Medicos
in generandô sanguine, anima in nutritione
vivens totum in producendô sibi simili utitur
calore. At calorem sui motione in hisce rebus
non occupari, aut in hisce operibus occupa-
tum nullam sustinere motionem, evidens est
omnique caret dubiô. Quin universè acciden-
tia in rebus mobilibus non sunt, sed corpora.
Suarez Diss. Met. XVII. s. II. exceptionis locum
ferunt

femen etia
generantis;
nullam mo

IV. Ideo
minô sensu
citur move
de motu in
esse universi
argumento
fit, quod ag
dô, sive ut

concurrat,
dum semen
dicuntur;
tione, qu
iam ut ad

V. Ver
instrumen
moveatur
vi verboru
tere videt
agere ut si
hoc appre
sententiã
in genera
subordin
hoc ipso
si moveri
genti pr

ferunt

semen etiam adducit tanquam instrumentum generantis, quod tamen postquam decusum est, nullam motionem novam à generante recipit.

IV. Idem *Disp. Met. XIII. f. II.* notat, geminò sensu posse accipi, cum instrumentum dicitur movere vel agere ut motum ab aliò: primò de motu in eò receptò; & hòc intellectu id non esse universale, ut ex *S. præc.* patet, & ipse eòdem argumentò & aliis probat. Secundò, ut idem fit, quod agere ut subordinatum alteri in agendò, sive ut cum eò tanquam subordinatò aliud concurrat, vel habens vicem ejus, quemadmodum semen & gravitas generantis instrumenta dicuntur; illud generationis, hæc descensus ratione, quæ de re *Disp. præced. Reg. III.* vel etiam ut adjutum à principali agente.

V. Verùm licet negari non possit, nullum instrumentum movere, quin ab aliò hòc modò moveatur, iste sensus tamen alienissimus est à vi verborum, neque Suarez eum absolute admittere videtur. Quis enim auditò hòc, aliquid agere ut subordinatum alteri, aut ab eò juvari, hoc apprehendat, quod ab eò moveatur? Ut de sententiâ Thomæ calor jecoris *αἰετός* influit in generationem sanguinis, & in eò tanquam subordinatum à jecore juvatur. At quis asserat, hòc ipsò calorem à jecore moveri? Taceo, quod si moveri ut motum tanquam proprium instrumenti propriè dieti & à causâ principali distin-

Et constitutur, hæc quoque in parte non possit posterior expositio recipi. Causæ enim secundæ subordinantur primæ in agendõ, neque tamen instrumenta sunt suarum operationum. V. gr. ignis generat ignem, faber arcam aut lectum conficit ut agens primarium, licet in operandõ primæ causæ subordinetur. Quamvis autem Simplicius in *I. Phys. t. 19.* & Thomas *Qu. III. de potent. art. VII.* & alii vocârint causas secundas instrumenta primæ, magna tamen est *ἀκυρολογία.*

VI. Priorem igitur sensum verba præsentis enunciati tantùm admittunt, quò quidem & id non esse sine exceptione verum, & in instrumentis artium habere locum ex §. II. patet.

VII. An autem in hisce tantùm? Videntur sanè & nonnullæ partes animalium eò comprehendî: Ita manu non movetur locò baculus, neque pede quid pellitur, nisi pede vel manu motis. Hæc autem tantum abesse videntur, ut è numerò instrumentorum excludenda sint, ut potius manus ab Aristotele *IV. de part. an. c. X.* dicatur esse *ἀπὲρ ἔργων πρὸς ἔργων.*

IX. Suarez tamen negat hæc in instrumentis, vocabulò propriè acceptò, ut agentis principali opponitur, esse recensenda. Afferit enim, esse principalia agentia, quod ab iis aliquid moveri non excedat virtutem eorum, ita ut intelligent ad id virtute superiori, à quâ exaltentur.

IX.

IX. N
rem quan
nem, quã
tur, quò u
dum, sive
aliud qu
ratione p
Neque sa
tiorum u

X A
prehend
quibus n
modum
tur, ma
si ipsis q
lor, ut
randò si
riam loc

XI. I
impress
strumen
æcre.

pulsus i
XII
tum de
curand
motus
servo o
aut lon

IX. Non diffitetur tamen Suarez, dari latior-
rem quandam vocis instrumenti significatio-
nem, quâ omni ei, quod principium quô voca-
tur, quô utitur aliquod suppositum ad operan-
dum, sive sit qualitas aliqua ipsi superaddita, sive
aliud quid, isthæc appellatio tribuatur; & hâc
ratione partes quoque animalium eô contineri.
Neque sanè hæ Regulæ vocabuli instrumenti la-
tiorum usum respuere videntur.

X. An dicendum, effectum nostrum com-
prehendere instrumenta, *que corpora sunt*, &
quibus movetur aliquid motu locali, quemad-
modum malleô, securi, terebrâ aliquid move-
tur, manibus item & pedibus, quod non fit ni-
si ipsis quoque motu locali motis? Non sic ca-
lor, ut substantiæ instrumentum est in gene-
randô simili: non enim movet subjectam mate-
riam locô, sed alterandô?

XI. Dixi, *que corpora sunt*, quia impulsus
impressus corpori à projiciente habetur pro in-
strumentô, quô corpus, v. gr. lapis, movetur in-
ære. A projiciente tamen non movetur im-
pulsus ipse, sed lapis, nisi per accidens.

XII. Sed hîc objicitur: Servus est instrumen-
tum domini, l. *Pol. c. III.* in cujus negotiis ac-
curandis non rarô res loco movet; & tamen
motus is tunc ei à Dominô non impertitur, quin
servô officium suum faciente Dominus quiescit,
aut longè abest.

XIII. Hoc ita diluimus: sicut causa efficiens duplex est, physica & moralis, quarum illa verè exhibet influxum in rem, quando efficitur, ut fabricator conficiens arcam, aut ignis comburens lignum; hæc autem licet non verè influat, causa tamen esse perhibetur, quia aut applicat agens ad patiens, (ut dum incendiarius ignem tecto subicit) aut hortatur, aut jubet vel cogit aliquem ad aliquid patrandum: Ita aliud est instrumentum causæ physicae, quod optimè propterea physicum dici potest, quale malleus et comparatione fabri; aliud causæ moralis, qualis licitor est, jussu consulis facinorosum in carcerem trahens, & quilibet servus in exequendo heri mandatò, quod & ipsum nomen instrumenti moralis meretur. Dicitur ergò potest, non §. XI. de instrumentò physico locutos. Vel instrumentum physicum physicè moveri à causa principali, morale modò morali; ut ita licet servus, dum in negotiis Domini occupatur, à Domino physicè non moveatur, moveatur tamen in genere morum, qui motus nihil aliud est, quam imperium vel mandatù ejus antecedens.

XIV. Non autem mirum est, præsens attributum non omni instrumento convenire, neque illis, quibus aliquò modò competit, eadem ratione inesse, quia *πολυαχως* nomen instrumenti rebus impertitur, tantaque illorum varietas est, ut sub unam communem notionem

non, au
menta di
quid, exc
habeant
sunt ferra
mentum
quidem,
nem sub
ut quæ i
re possit
us, à qu
præcede
quam ab
lore loc
ex dictis
tam non
disponit
lorem t
formam
instrum
us: quã
pulsam
mentur
te aut q
operari
morale
huc su
menti
XV.

non, aut vix possint redigi. Nam alia instrumenta dicuntur, quod influant immediatè ali- quid, excedens vim eorum, ut propterea opus habeant elevatione ab agente primariò: qualia sunt ferra, securis, &c. Calor statuitur instru- mentum in generatione substantiæ à nonnullis quidem, ita ut attingat immediatè productio- nem substantiæ, non quidem virtute propriâ, ut quæ imperfectior sit, quàm ut id præsta- re possit; sed virtute substantiæ concurrentis, à quâ elevetur, alio tamen modò, quàm præcedentia, quia in illis id fit per vim, quàm ab ente primariò percipiunt, quod in ca- lore locum non habet, que madmodum constat ex dictis § III. Aliàs autem calor ut instru- tum non influit immediatè in substantiam, sed disponit solum materiam, producendò in eâ ca- lorem tanquam dispositionem requisitam ad formam rei generandæ. Nonnulla dicuntur, instrumenta, quia substituuntur in locò alteri- us: quâ ratione semen emissum generantis, im- pulsum lapidi impressum projicientis instru- mentum vocant: quam ob causam etiam absen- te aut quiescente principali agente movere aut operari dicuntur. Dari etiam instrumentum morale ante diximus. Et fortassis plures adhuc sunt modi, quibus appellationem instru- menti res suscipiunt.

XV. Franciscus de Sylvestris, dictus Ferra-

LL 5

ri-

riensis in *cit. loc. Thom.* tradit, omnia agentia instrumentalia, ut instrumenta sunt, convenire in hoc, quod non moveant, nisi mota ab eis, quorum instrumenta sunt. *Non enim essent, inquit, instrumenta, si per se ipsa tantum operentur, cum ipso instrumento utatur agens principale ad suum effectum inducendum, ut patet in omnibus artificialibus instrumentis. Sed verum est, quod non omnia instrumenta eodem modo moventur ad agendum: quaedam enim per motum localem applicantur ad operationem, ut patet, cum artifex utitur serrâ ad faciendum scammum; quaedam per alterationem, ut cum ignis aërem calefacit, ut per illum forma ignis introducatur in materiam.* Sunt verba Ferrariensis.

XVI. Verum ratio ejus nulla est; destituitur enim consequentiâ. Quid enim repugnat, aliquid per se ipsum tantum non operari, sed eò uti agens principale, ut tamen ab eò non moveatur? Quid enim? Annon ex mente Thomæ, quam Ferrariensis quoque tuetur, in productione substantiæ calor per se ipsum tantum non operatur, sed eò utitur substantia generans? Calorem autem illum moveri motu alterationis, quod ipsum asserere videtur Ferrariensis, tam evidenter falsum est, ut nullis opus sit verbis.